ptractãt, ſe ↄferat, ⁊ ſolutiones inueniat. ❡ Primũ ergo dicem⁹
de iterdicto, deinde de ſuſpẽſione, poſtremo de irregularitate.

## ❡ De interdicto Cap. 12.

Interdictũ eſt ſeparatio a certis ſacris, ⁊ oĩb⁹ diuinis offi-
cijs, ⁊ eccl'iaſtica ſepultura. Et qñqȝ fertur a iure, qñqȝ ab
hoĩe. ❡ A iure interdicit̃ collegiũ, vel vniuerſitas ciuitatis, q̃
cogit eccleſias, vel eccleſiaſticas perſonas ſoluere guidagia, vl'
pedagia, vel gabellas p rebus pprijs. ❡ Itẽ vniuerſitas que
domos locauerit, vel ↄductas hr̃i pmiſerit alienigenis vſura-
rijs in terra ſua ad exercẽdũ fenus: Et qua repſalias ↄtra pſo-
nas eccleſiaſticas ↄcedit. Et q̃ nõ ſeruauerit ea, ad q̃ tenetur p
decretalẽ. Ubi periculũ. de ele. li. 6. qñ in ea electio Romani põ-
tificis eſt celebrãda. Et q̃ ↄſentit occidẽtibus, vel pcutientibus
Cardinales S. Ro. Eccl. vel ſi infra mẽſem nõ punit delinquẽ-
tes, ſi põt: Et q̃ epm̃ pprium temere pcuſſerit, vel ceperit, vel ba-
nierit, vel in his fauorẽ dederit, vel nõ defenſauerit. ❡ Eſt etiã
aliqð interdictũ ſpãle: vt cũ interdicit̃ eccl'a pp iniurioſum ſan-
guinẽ ibi effuſũ, ⁊ pp effuſionẽ humani ſeminis ſtudioſe pcura-
tã: Et qñ pp diſcordiã pꝛonorũ eps claudit hoſtia, ⁊ p̃cipit, vt
null⁹ ĩ ea celebret: Et qñ ſimoniace, vel pricipaliter p ↄſtitu, vel
ſine lnĩa epi, vl' ſine religjs ĩ loco deſerto ſunt ↄſecrata. In hoc
tñ ſpãli eccl'ie interdicto celebrãtes ĩ ea nõ efficiũt̃ irregulares.

## ❡ De Suſpenſione. Cap. 13.

Suſpẽſio eſt cenſura eccleſiaſtica, qua interdicit̃ aliqð offi-
ciũ, vel exercitium cõpetens perſone eccleſiaſtice, aliqñ
a iure, aliqñ a iudice prolata. ❡ A iure ergo ſuſpendunt̃ ſimo-
niaci

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

niaci in ordine, vel beneficijs, notorij fornicatores. ¶ Epſ q ordinat alienū clericū ſine lnia ſui ſuperioris ſciēter, ſeu affectata ignorātia. ¶ Qui ꝯfert tōſurā clericalē infanti, vel illiterato, vel ꝯiugato. ¶ Epi ꝛ ſuperiores eis, id eſt archiepi, ꝛ patriarche locātes alicꝫ domū vſurarijs alienigenis, vel pmittētes hmōi habitare in terris ſuis ad fenus exercēdū. ¶ Proferētes ſniam excōicationis, ſuſpēſionis, vel interdicti ſine debitis circūſtātijs. i. nō pmiſſa admonitione, nō adhibitis teſtibus ꝛ inſcriptis ꝛc. ¶ Ultramōtani ordinati ab epis Italie ſine licētia epi, vnde ſunt oriūdi, vel in cuius dioceſi ſunt beneficiati. ¶ Qui ordinant a non ſuo epo ſine lnia ipſius: niſi ſub ſpe ratihabitionis. ¶ Archieps, q ꝯfirmat electionē, ꝯſecrans electū nō cognitū, vtrū per alicꝫ prauitatē ſit ab appellatione receſſum, q̄ erat interpoſita ad papā. ¶ Quecunqꝫ collegia, vacātibus eccleſijs collegiatis quibuſcūqꝫ, occupāt aliquid de bonis illarum. ¶ Epi ꝛ ſuperiores, ꝛ ēt inferiores eis, qui viſitantes recipiūt munera: aut viſitationis officio nō impenſo, procurationes in pecunia, vel victualibus. ¶ Qui recipiūt aliquē ex ordinibus ſacris ab epo, qui renunciauit loco ꝛ dignitati. ¶ Recipientes aliquē ordinē ſacrum extra ſtatuta tpa ordinationū. ¶ Promoti per ſaltum, qui recipiunt eadem die minores ordines cū ſubdiaconatu, vel duos ordines ſacros. ¶ Contrahentes matrimonium per verba de pñti, ꝛ ante carnis copulā facientes ſe ad ſacros ordines ordinari: per hoc enim non diſſoluitur matrimoniū. ¶ Ordinati ab hꝛtico, vel ſchiſmatico, vel excōicato, vel depoſito. ¶ Apoſtate religionū i apoſtaſia ſuſcipientes ordines. ¶ Celebrantes, vel participantes in diuinis ſciēter cū excōicatis publice, ꝛ interdictis. ¶ Clerici, qui ſciēter eligunt indignū ad epatū. ¶ Eligētes, ſi infra octo dies ipſaꝫ electionē electis diſtulerint pñtare. ¶ Judices eccleſiaſtici: qui ꝯtra iuſtitiā, ꝛ grauamē alterius partis in iudicio quicꝙ faciūt ꝑ grāꝫ vel ꝑ ſortes. ¶ Religioſi, q ꝯcedūt alicui ad vitā, vel ad certū tēpus lucra, reditus, poſſeſſiones adminiſtrationū qbus preſunt. ¶ Fres predicatores aſſumpti ad epatū, vel alias prelaturas: ſi prius recipiūt munus conſecrationis, q̄ reſignēt ordini libros, ꝛ alia que habēt. ¶ Fratres predicatores perturbantes officiū inquiſitionis exercitatū per frēs minores.

⁊ ſilr minores, ſi ꝑturbāt in hoc pꝛedicatores. ¶ Fr̄es ꝑdica-
tores, ⁊ minores recipientes aliquē ad profeſſionē ante annū
ꝓbationis elapſū. ¶ Religioſi, qui decimas nō percipiunt, ſi
ſciēter omittāt facere ꝯſciaꝫ ꝯfitentibus de decimis ſoluendis,
ſi fuerint requiſiti. ¶ Cōſeruatores, ſi de alijs, ꝙ̄ de manifeſtis
iniurijs, ⁊ violētijs ſe intromiſerint. ¶ Religioſi grauātes, vel
fraudantes eccl'as circa decimas eis debitas: ſi requiſiti nō de
ſiſtunt, vel de vſurpatis emēdā nō fecerint. ¶ Doctor, vel ma
giſter, qui doctorat aliquē, niſi prius exigat iur̄m a doctorādo,
ꝙ nō expēdet pro ſuo doctoratu vltra ſummā triū milliū turo
nenſiū argenteorū. ¶ Qui pro alienis debitis eccleſiā ſuā gra
uat: aut lr̄as, ſeu ſigilla ꝯcedit, quib⁹ poſſint eccleſię obligari.
¶ Prelati nō epi, qui eccl'as ſibi cōmiſſa, ſeu bona ipſarū ſub-
ijciūt, aut ſupponūt laicis, abſqꝫ ꝯſēſu capl'i, ⁊ ſedis aplicę lnia.
¶ Qui prohibiti ſunt audire leges, vel phyſicā, ſi audiunt eas.

## ¶ De Irregularitate Cap. 14.

Irregularitas eſt impedimētum canonicū, quo quis pro-
hibetur ad eccleſiaſticos ordines promoueri, ⁊ in eiſdeꝫ
miniſtrare. Et ꝯtrahit multis modis. ¶ Aliqñ ex indebita ce-
lebratione, vel executione ordinū: vt cum quis excōicatus ma
iori, vel ſuſpenſus, vel in loco interdicto celebrat: vel cum quis
exequit actū alicuius ordinis ſacri, queꝫ non habet ſolenniter.
Notandum. ¶ Contrahitur ēt ꝑꝑ homicidium, vel mutilationeꝫ membri:
ſiue hęc opere, ſiue mandato, aut ꝯſilio, vel defenſione, ſiue iu-
ſte, ſiue iniuſte perpetrētur. ¶ Bigami quoqꝫ oēs irregulares
ſunt. Dr̄ aūt bigamus, qui vxorem viduam, vel corruptā duxit
⁊ cognouit: vel ꝓpriaꝫ vxorē cognouit poſtꝙ̄ fuit ab altero co
gnita: vel duas habuit vxores, ⁊ cognouit eas, ēt ſi alteraꝫ ca-
rum non poterat hic. ¶ Silr cum quis in ſacris ꝯſtitutus, vel
poſt profeſſionē in regula ꝯtrahit cuꝫ corrupta. ¶ Prohibet
aūt bigamus promoueri, quia diuiſit carnē ſuā: ⁊ ꝯiunctio con
iugalis facta per ipſum nō pōt ſignificare ꝯiunctionē Chriſti,
⁊ eccleſię, qui eſt vn⁹ ſpōſus immaculatus cū vna ſpōſa imma
culata. Unde irregularitas hęc non tollitur per baptiſmuꝫ, ſi-
cut irregularitas homicidij: quia baptiſmus nō oīno ſoluit ma
trimoniū. Nā ſi ambo ꝯiuges ꝯuertantur, ⁊ baptizentur, non
pñt ab inuicem ſeparari, ⁊ alijs matrimonialiter ꝯiungi. Imo

ſi alter

ſi alter ipſorū baptizaretur, altero in infidelitate permanente,
ſed volente fideli cohabitare ſine iniuria creatoris, ꝛ ſi poſſet fi=
delis ab eo diſcedere, non tñ poteſt alteri coniungi. ¶ Itē, qui
ducit vxorem vilem mulierem, vt puta ancillam, ioculatricem,
vel aliq̄ꝫ ex illis, que publicis ſpectaculis mancipantur, repelli
tur ab ordine propter dignitatē clericatꝰ. ¶ Illegitimus quo=
que pp deteſtationem paterni ſceleris. ¶ Corpore vitiatus, qñ
in eo eſt inhabilitas ad officium exequenduꝫ, vel talis deformi=
tas, que ſcandalū ꝛ deriſionem gñaret: vel cū ſponte, ꝛ ſine iu=
ſta cauſa quis eſt priuatus aliquo membro, ēt paruo, vel occul=
to: ſecus ſi iniuſte, vel vi fuit priuatus. ¶ Hereticus poſt pniaꝫ,
qui fecit pniaꝫ ſolennē. ¶ Qui diſtulit baptiſmū vſqꝫ ad egri=
tudinem, quem tunc ſuſcipit timore mortis. ¶ Qui bis ſuſcipit
ſacrm̄ imprimens characterem. ¶ Curiales, niſi ſint abſoluti
a curia. ¶ Obligatus alteri ad rōcinia. ¶ Hermaphroditus
pp monſtruoſitatem. ¶ Seruus antequā cōſecutus fuerit ple=
nā libertatem. ¶ Crimen quoqꝫ nō mediocre: puta adulteriū,
furtū, fraudolentia, ſacrilegiū, periuriū, falſum teſtimoniū, ꝛ ſi=
milia, ſi manifeſtū ſit p ſniaꝫ, vel ppriā cōfeſſionē, vel per euidē=
tiā facti, ita ꝙ inficiationi nō ſit locus, inducit irregularitatē.
¶ Infames quoqꝫ tā de facto, quā de iure repelluntur a pmo=
tione dignitatū ꝛ ordinū. ¶ Quas aūt penas incurrut irregu=
lares in ſuis ordinibus miniſtrātes breuitati ſtudētes, hic tra=
dere nō poſſumus. ¶ Cōfeſſoris aūt officiū erit cū irregulareꝫ
hmōi inuenerit, q̄rere in doctoribꝰ, a qbꝰ hec diffuſe tractant.

## ¶ Sacerdos acceſſurus ad audiendas confeſsiones prius debet diuinum ſuffragium implorare. Cap. 15.

Acceſſurus igitur ſacerdos ad audiēdas cōfeſſiones, vt eas
diuina ope adiutus diligētius audiat, primū a deo auxiliū
petiturꝰ, cōfugere dꝫ ad orōnis ſuffragiū, ꝛ ſequētes vel al's orō=
nes ad libitū dicere. ℣. Adiutoriū nrm̄ ī noīe dn̄i. ℟. Qui fecit
celū ꝛ terrā. ℣. Dn̄e exaudi orō. ℟. Et clam. Oremus. Orō.

Domine Deus oṗs ppitius eſto mihi pctōri: vt digne tibi
poſſim grās agere: q me indignū, pp tuā miſericordiam
miniſtrū feciſti officij ſacerdotalis: ꝛ me exiguū humilēqꝫ ſacer
dotē mediatorē cōſtituiſti ad orādū ꝛ intercedēdū ad dn̄m nrꝫ
Jeſuꝫ Chrm̄ filiū tuū pro pctōribus ad pniam reuertentibus.

Jdeoqꝫ dn̄ator dn̄e, qui oēs hoīes vis ſaluos fieri, ⁊ ad agnitionē veritatis venire, qui non vis mortē pctōꝝ, ſed vt ↄuertant, ⁊ viuant, ſuſcipe oꝛonē meā, ꝙ fundo ante ↄſpectuꝫ clementię tuę ꝓ peccatis meis, ⁊ ꝓ famulis ⁊ famulabꝰ tuis, qui ad pniam venerunt: vt des illis ſpūm cōpunctionis: vt reſcipiſcant a diaboli laqueis, quibus aſtricti tenentur: ⁊ ad te per cōdignā ſatiſfactionem reuertant. Per eund. Tunc ſacerdos ad eccl'iam vel alium locū honeſtū accedens cū ſuperpellicco ⁊ ſtola iuxta antiquos codices ſedeat: ⁊ aduenienti pctōri ⁊ an̄ ſe genufleꝛo dicat. Frater vel fili ad quid veniſti ad eccl'iam? Et pctōr rn̄deat. Ego veni ad agendā pniam de pctis meis. Et ſacerdos. Uis emendare vitā tuā, ⁊ de cętero vitare pctā, ꝙ tū humana fragilitas ꝑmiſerit? Rn̄deat. Uolo ↄcedente dn̄o. Tūc ſacerdos dicat ſequentem oꝛonem. ℣. Dn̄e exau. ℟. Et clamoꝛ meus. Oremus. Oratio.

Deus miſericoꝛs, deus clemēs, deus indulgentię, deus pietatis ⁊ pacis: qui pro amoꝛe hoīum in cruce manus extēdiſti: qui chananęam ⁊ publicanum vocaſti ad pniam, conuertere dignare famulum tuum, qui ante tuum ſacrum altare ſuum confitetur reatum, ⁊ humiliter ſe recognoſcit, te ſummū bonuꝫ offendiſſe, vt facinoꝛuꝫ ſuoꝝ a te veniā petat: ⁊ pręſta ei miſericoꝛs deus penitendi ſpatiū, dignos fructus penitentię, ⁊ finem penitentialiter fructuoſum. Per Chriſtum. Oremus. Oratio.

Deus ſub cuius oculis oē coꝛ trepidat, ⁊ cōſcientię cunctę pauefcant, propitiare famuli tui gemitibus: ⁊ cunctoꝝ eius peccatoꝝ ⁊ maloꝝ medere languoꝛibus: vt ſicut nemo liber eſt a culpa, ita nemo ſit alienus a venia. Per Chriſtum.

¶ Quę docere ⁊ interrogare ſacerdotes debeant penitentes antequam propria ⁊ ſingula peccata confiteantur. Cap. 15.

Oratione finita, ſuſcepto peccatoꝛe, ſi non decenter ſe habet in genufleꝛione ⁊ alijs exterioꝛibus ad talē actum requiſitis, debet primo monere ipſum dulciter, ac inſtruere qualiter deo ⁊ non homini cōfitetur: ⁊ ideo debet reuerenter ⁊ verecunde ſe hēre cum omni humilitate, verſa facie nō in ad confeſſoris vultum, ſed taliter ꝙ ad latus cōfeſſoris genibus ambobus flexis faciem vertat ad reclinatoꝛium ipſius. Et maxime in hoc adhibenda eſt cautela circa mulieres. Diſpoſito ergo peccatoꝛe coꝛpoꝛaliter doceat eum, ſi neſcit facere ſibi ſignum crucis:

quod fieri debet hoc modo. Primo manum dexteram ponat ſuper frontem, ⁊ dicat **In nomine patris:** q̄a pr̄ eſt principium totius deitatis: vt dicit Auguſt. Deinde ſuper vmbilicum, ⁊ dicat **⁊ filij,** quia filius eternaliter procedens a pr̄e, deſcendit temporaliter in ventrem virginis. Deinde ponat manum ad ſcapulā ſiniſtram trahens illam ad dexteram dicendo **Et ſp̄us ſancti:** quia ſp̄us ſcūs procedit vt amor: ⁊ eſt tanq̄ nexus patris ⁊ filij ab vtroqꝫ procedens. Et nos a ſiniſtra .i. a tribulationibus huius mundi tranſire ſperamus ad dexteram eterne felicitatis. Deinde eleuata manu dicat **Amen.** id eſt fiat. Poſt hoc aūt faciat, q̄ pcōr ꝯfiteatur in gn̄ali pctā ſua dicēdo **Confiteor,** put dr̄ in miſſa. **fol. 74.** Qd ſi ignarus eſt, faciat ſecum dicere cōfeſſor vulgari ſermone, hoc modo. Io confeſſo a Dio omnipotente alla glorioſa vergine Maria madre di Dio: a tutti i ſanti, ⁊ ſante: ⁊ a voi padre, che io ho peccato in mal pēſare, i mal parlare, ⁊ in male operare: ⁊ di tutti i miei peccati dico mia colpa: ⁊ priego Dio che mi perdoni, ⁊ voi padre che mi aſcoltiate, Et che mi diate la aſſolutione, ⁊ la penitentia.

¶ Poſt hec, ſi non cognoſcit ꝯditionē eius, interroget eū de ſtatu ſuo: puta ſi eſt ꝯiugatus, vel ꝯiugata: cuius ſit exercitij: vel artis: ſi habet filios, vel non, ⁊c. ex quibus poſſit eū ꝯuenienter interrogare. Non enim ſunt oīa ab oībus interroganda: ⁊ maxime adhibenda eſt cautela circa iuuenculas, ⁊ circa ſimplices pueros: ne doceamus eos ea, que neſciunt. ¶ Item interrogādum eſt quantum tp̄is eſt, ex quo non eſt confeſſus: quia vnuſquiſqꝫ tenet ſaltem ſemel in anno, cum ad annos diſcretionis peruenerit, ꝯfiteri, ⁊ cōionē accipere: De pen. ⁊ remiſ. c. omnis. Quod ſi non fecerit, mortaliter peccauit: ⁊ toties quoties propoſuit nō facere deliberato animo, etiam mortaliter peccauit. Annos autem diſcretionis, maxime quo ad communionē incipiunt, ſm ſanctum Thomam, a decimo, vel vndecimo anno: ⁊ plus ⁊ minus ſm q̄ malitia ſupplet etatem: Cum enim ſciunt diſcernere inter ſacrm̄ altaris ⁊ panē, quo quotidie veſcimur: ⁊ oſtendunt ad ipſum aliqua ſigna deuotionis, ſignum eſt eos ad annos diſcretionis hmōi perueniſſe: ⁊ in hoc ſtandum erit iudicio eorum, qui habent curam aīme eius. Pueri tamē, vel puelle, qui poſt annos diſcretionis nō fuerunt de hoc inſtructi,

non ſunt facile condēnandi de pctō mortali: Quis ſint acriter
reprehendendi. ¶ Interrogandus eſt ēt peccator: ſi in vltima
cōfeſſione malitioſe tacuit aliqḋ pctm̄ mortale, vel qḋ credidit
eſſe mortale: q: peccauit mortaliter violādo ſacr̄ʒ pnię: cuʒ ab-
ſolutio facta ſit pp eius malitiam ſuper indebita materia, ⁊ in-
diſpoſita: ⁊ ideo tenetur iterare ↄfeſſionem illā, ⁊ oēs pręceden
tes confeſſiones inperfectas: q: in illis qn̄ hoc modo fecit, non
fuit vere ſacr̄m pnię. ¶ Interrogandus eſt ēt, ſi fecit pniam a
ſacerdote impoſitam pro peccatis mortalibus cōfeſſis: quia ſi
non fecit eam ex dolo, peccauit: ⁊ tenetur eam facere, ſi habet
eam in memoria. Nō ſi non habet cā in memoria, tenetur itera
re confeſſionem, ſm̄ opin. magis cōem: quia ſacr̄m pnię ſine ſa
tisfactione non habet vltimā ſuā perfectionem, eo ꝙ vna pars
deficit ei. Confeſſor tn̄ poſſet eam commutare, ſi haberet eam in
memoria: dummodo non fuiſſet data ſibi a ſuperiore, puta ab
epo pp peccata ⁊ caſus, a quibus ipſe vel alius inferior nō poſ-
ſet abſoluere. ¶ Interrogandus eſt etiaʒ peccator: ſi eſt excō-
catus aliqua excōicatione maiori, vel minori. Quia ſi ſit, debet
prius abſolui ab eis, quaʒ a pctis: eo ꝙ excōicatus non eſt parti
ceps ſacr̄oruʒ. excommunicatio enim eſt excluſio a ſacris, cōio-
neque fideliuʒ. ¶ Interrogandus eſt etiā: ſi ſcit Pater noſter,
Aue Maria, ⁊ Credo in Deum: ⁊ ſi neſcit, arguat eum, ⁊ impo-
nat ei ꝙ diſcat omnino. Et tunc inueſtiget diligenter ſi habet
odium, vel inimicitiaʒ contra aliquem: ⁊ ſi vult parcere eis, qui
eum offenderunt, vel in eum, vel ſuos peccauerunt. Item ſi vult
abſtinere a peccatis, quę hactenus fecit ſicut dimittere concu-
binam, vſuras ⁊c. ⁊ ſi vult ſatiſfacere ⁊ emēdare ſiquid alteri ab-
ſtulit tam in fama, quam in rebus.

## ¶ De circunſtantijs confeſſionis verę. Cap. 17.

His a pęnitente habitis ⁊ pręmiſſis: interroget eum de ar-
ticulis fidei diſtincte: ⁊ ſm̄ eius conditionem ⁊ ſtatuʒ for
met interrogationes: ⁊ diligenter inueſtiget peccata, ⁊ eorum
ſpecies ⁊ circunſtantias. ſecundum hunc verſum.
Quis, quid, vbi, per quos, quoties, cur, quomodo, quando.
Quis, ſcilicet clericus vel laicus, ſenex vel iuuenis. Quid, id eſt
clare exprimat ſpeciem illius peccati: ⁊ ſi ſit occultum vel ma-
nifeſtum, enorme vel paruum, nouum vel antiquum. Ubi, id

eſt in loco ſacro vel profano. Per quos: i. quibus mediantibus. Quoties, ſ. reiterauit tale pctm̄. Cur, ſ. ſi preuenit tentationem: vel ab ea fuit preuentus: vel qua occaſione id fecit. Quō, i. per quem modum, ⁊ qualiter id fecerit. Quādo, ſ. ſi tempore ſacro, feſtiuo, vel tēpore ieiunij. ¶ Ante omnia aūt ſacerdos debet peccatores inducere ad veram confeſſionem: ⁊ integram ⁊ puram ſuorum peccatorum expreſſionē̄: proponens eis ſpem diuine miſericordie, que nullum ad ſe reuertentem abijcit, ſed omnes miſericordie ſue ſinu ſuſcipit ad ſe confugientes. Et adhoc exponat ei exempla magnorū peccatorū. ſ. ſcī Petri, qui Chr̄m negauit: Latronis qui in cruce cum Chriſto pependit: ſancte Marie Magdalene, que fuerat in ciuitate peccatrix: ⁊ aliorū q fuerunt clementiſſime a domino recepti, ⁊ ꝙ plurimū magnificati. Aduertat aūt ſacerdos ē̄t, vt pctā maxime puerorum ⁊ mulierum caute inueſtiget: ⁊ eis fiduciā ea dicendi tribuat, ne aliquid ex verecundia dimittant. Debet ē̄t oñdere eis magnā cōpaſſionē, ⁊ eorum caſibus compati: ⁊ condolere ſe oſtendat: vt cum tali dulcedine eos ad confeſſionem integram attrahat ⁊ inducat. Quo facto, in nomine dn̄i incipat eum interrogare de decem legis preceptis, ⁊ 7. peccatis mortalibus: ⁊ formet interrogationes: prout in ſequentibus verſibus contiñetur.

¶ Forma breuis interrogandi ſecundum decem precepta legis: ⁊ ſeptem peccata mortalia in verſibus Ca. 18.

Unum cole deum: nec iures vana per ipſum.
Sabbata ſantifices: habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor, fur, mechus, teſtis iniquus.
Nec ſponſam alterius, nec rem cupias alienam.

¶ Item alij verſus de decem preceptis: in quibus continentur peccata: que committi poſſunt contra ſingula precepta.

¶ Contra primum preceptum.

¶ Qui colit extra Deum, aut ſanctos quodcunqz creatum:
Articulos fidei negans: ſi ſpemqz reliquit:
Voti tranſgreſſor: vel qui mortalia vouit:
Et tardans nimium nolens implere promiſſum:
Fyc malo vouens: ac per ſe vota refringens:
Incantans, faciens fieri breuia, ⁊ malefactor,
Inueniensqz, docens, addiſcens, medius extans:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Aut orans obſeruat ſomnia, ſortibus vtens:
Blaſphemanſqꝫ Deum, qui murmurat, ac maledicit,
Vel non poſſe refert, ſeu deſpicit: accipit ipſe
Libans, vt faciat mala: prauus pręterit iſte
Vnum cole Deum: ſi ſcit, mortaliter egit.

## Contra ſecundum pręceptum.

Qui cantans, fabulans, truſans, vel turpia dicens,
Deſpiciendo Deum nomina ſanctos, ſacra ſpernens,
Iudicio iurans, mendax inductor ad illud:
Periurans, dubium iurans, mortalia iurans:
Iurans (cumqꝫ tamen nolit ſeruaſe promiſſum.)
Perqꝫ crucem, ſanctamqꝫ fidem, animamqꝫ, Deumqꝫ.
Adiurans, dicens, mendaciter, atqꝫ iocoſe,
Et per verba Dei ſanctorum euangeliorum,
Inducens falſum iurantem: quiſqꝫ ſcienter
Aduertens frangit ne iures vanā per ipſum.

## Contra tertium pręceptum.

Qui non confeſſus: dimittens ⁊ ſacramentum:
In feſtis miſſam ſine cauſa: inductor ad illud:
Qui manuale facit, vendens, emit aut non edenda:
Ieiunium frangit, aut qui tertia comedit hora:
Qui facit in feſto mala, prauus grauior extat:
Aſſumens chriſma, ſacramentum, vel mulierem,
Qui peccator erat mortali fune ligatus:
Eccleſię vetito qui contrahit tempore ſacro.
Chorizans, ludens veneri mortaliter egit
Sabbata ſanctifices violat reus, atque ſuperbus.

## Contra quartum pręceptum.

Qui pręcepta Dei contemnit. iuſſaqꝫ legis:
Vel qui noluerit parere parentibus, atqꝫ
Alere ſi poſſit miſeros, inopes, ⁊ egenos:
Irridenſqꝫ patrem, vel matrem, vel maledicens:
Verberat, opprobrians, blaſphemans, aſpere turbans:
Moritur aſpernens habeas in honore parentes.

## Contra quintum pręceptum.

Occiſor corde, verbo, factoqꝫ ſuaſor:
Incitat, ⁊ cauſans, cupienſqꝫ, procurat abortum:

Verberat,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Verberat, ⁊ mandans, faciensue tormenta:
Si iudex ceperit ⁊ ſacro limite prauum:
Sacrilegus factus, ac lędens, vel mutilator:
Non ſis occiſor frangens mortaliter egit.

## ¶ Contra ſextum pręceptum.

¶ Siquis furatur, raptor, vel participator,
Juſſio, conſilium, conſenſus, palpo, recurſus,
Participans, mutus non obſtans, non manifeſtans,
Reddere cuncta debet, ſi cauſa hęc prima fuiſſet:
Excipitur mutus, non obſtans non manifeſtans;
Reddere nec debent qui ni ſint officiales,
Ac non in cauſa, primus pro parte tenetur.
Fortunę luſor, cupiens ſpoliare ſodalem,
Ac fraudans ludum, retinens, inductor ad illum,
Hic dare perdenti cenſebitur, alter egenis:
Et fraudans iuſta pedagia, ſicqꝫ gabellas:
Lędens menſuras, monetas, fur malus extat.

## ¶ Contra ſeptimum pręceptum.

¶ Quiſquis non nuptus miſcebitur, ac polluetur,
Per ſe, mollis erit: ſi nuptus, fiet adulter:
Atqꝫ ſolutus, fornicator: extra ſodomita:
Inceſtumqꝫ parens facit: ⁊ cum virgine ſtuprum:
Cumqꝫ moniali ſcelus magnum: ſacrilegusqꝫ
Exigit in ſacro, ⁊ qui ſemine polluit illud:
Et rapiens raptor: cum brutis beſtia fiet:
Qui clam contraxit, vel ſponſam pręuenit actu,
Spondens contrahere mendax, vt miſceat illi:
Et qui contraxit, maiori fune ligatus:
Quinqꝫ modis peccat vxore maritus abutens,
Actibus illicitis, ſemen cum ſeminat extra
Vas operans, prolem deuitãs ſemen emittens:
Exercens aliam cupit, arcens firme petentem:
Inuitans, tangens, inductor, medius extans,
Lubrica verba refert, iactans ſe męcus habetur.

## ¶ Contra octauum pręceptum.

¶ Qui mendax fuerit in damnum proximitatis:
Vel mala qui dicit bona, narrans vel bona praue

Accuſans falſo iurans, eſt teſtis iniquus:
Accuſans ceteros odioſus, ut mala ſumant.
Detractor odio, mendaxqꝫ, relator occulti
Vel diffamator: diuulgans ⁊ manifeſtans:
Cedula ſi fiat detractrix: cautio ledens,
Atque ſecreta, fatumqꝫ ſigillum: aut litera clauſa:
Proditor ⁊ laudans, inducens ad ſupradicta:
Illa reportari gaudens, eſt teſtis iniquus.

¶ Contra nonum preceptum.

¶ Qui cupit alterius ſponſam, noſcatur, adulter:
Vel qui deſiderat affines, vel monſales,
Inceſtum, ſcelus, ſacrileguſqꝫ: cum virgine ſtuprum
Et cupiens fornicator ſi ſit, ſitqꝫ ſolutus:
Et cupiens marem ſodomita, at beſtia bruta:
Ac quoties cupies, vel ſi fuit ⁊ philocaptus:
Qui delectatur cogitando lubrica, vel qui
Se ſomno polluit cauſans: vel poſtea gaudens:
Ornans vt ametur: vel amari que gloriatur,
Abſque viro proprio, cui hoc facit, vt ſic ametur:
Vel ſi perpendat ruinam, vel prouocando.
Alterius ſponſam cupiens moritur lubricando.

¶ Contra decimum preceptum.

¶ Qui cupit alterius rem in damnum proximitatis:
Si per vim raptor, per occultum fur malus extat:
Si per auaritiam cupiat, dicetur auarus,
In rapiendo male ⁊ fallere quiſque paratus,
Hec cupiens contra mandata cetera frangit.
Denum mandatum, nec rem cupias alienam.

¶ Alij verſus de 7. vitiis capitalibus ⁊ eorum ſpeciebus.

¶ De peccato Superbie verſus.

Ambit ſuperbus, ridet, preſumptio, iudex.
Curius, ingratus, blanditur, ſcandala reddit,
Blaſphemat, dubius non fidus, ſchiſma, profanus:
Innanis iactat, contentio, non obedire:
Hypocriſis, diſcors, durus, ſe diligit, audax.

¶ De peccato Auaritie verſus.

Auarus fallit, perquirit turpia lucra,

Uſuras torquet, proditio, vel ſimonia;
Periurus, ſequitur furtum, nec mente quieſcit.

De peccato Luxurię verſus.

Luxuriam ſequitur fur, ſtuprum, raptor, adulter,
Inceſtus, ſacrum, mollis, ſodo, contra, iumenta:
Eſt cęcus, eſt audax, nimium inconſtans amator:
Incautus, pręceps, contemnit iuſſa diuina,
Atqz ſimul ventura bona: pręſentia pręfert:
His qui ſeruierint, perpetua damna ſubibunt:
Et qui ſuppeditant, cęleſtia regna triumphant.

De peccato Inuidię verſus.

Inuidus affligitur bonis, lętatur inique:
Detrahit, exultat, ſuſurrat, murmurat, odit.

De peccato Gulę verſus.

Gula nimis laute, prępropere, vel ſtudioſe.
Lęta nimis, ⁊ inepta loquax, ſcurrilia fouet:
Ebrietas, hebes, mentis pollutio fęda.

De peccato Irę verſus.

Iratus tumet, clamat conuicia, rixat,
Blaſphemat, prędium parat, indignatio ſurgit.

De peccato Accidię verſus.

Triſtis malitiam parit, blaſphemat, ⁊ odit
Deſperat, torpet, piger, ⁊ puſillanimis extat.
Undiqz vagatur, pertractans mollia mente.

Hae interrogationes breues in verbis ſunt: ſed tamen magnam habent latitudinem ſi recte conſiderantur. Siquis autem ampliores velit hęc interrogationes, ſeu interrogatorium diffuſius, legat libellum qui intitulatur, Defecerunt beati Antonini Archiepi Florentini: vel confeſſionale fratris Hieronymi de Ferraria, ⁊ alia ad libitum: ⁊ ibi inueniet plene de hac materia tractari. Iſti aūt verſus hic cauſa breuitatis ponūtur: qui tū ſi bene intelligantur, ſatis ſufficiunt ad confeſſionem audiendam cuiuſlibet peccatoris, quantumcunqz ſcelerati.

Nulla abſolutior interrogādi forma ex legitur, quę in ſumma Caieta. exponitur.

## ¶ Qualiter ſe habere debeat ſacerdos cum penitente, audita eius confeſſione. Cap. 19.

Audita confeſſione, eum de his, quę cōmiſit redarguat, ⁊ increpet, ſm ꝯditionē pſonarū, ⁊ qualitatē delicti plꝰ ⁊ minus:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

nus: ⁊ oſtendat ei quãta mala fecerit: ⁊ quid meruit ꝑꝑ illa pec-
cata. ſ. gehennam inferni in perpetuũ: niſi miſericordia dei ip-
ſum eripuiſſet, ⁊ ei ĩ cor miſiſſet accedendi ad confeſſionem:
Poſteã eum certificet de venia ꝑꝑ clementiſſimam ⁊ copioſiſſi
mam miſericordiam dei: ſi tñ de cętero cauerit a peccatis, ⁊ ab
eorum occaſione. Poſtea moneat eum ſꝫm ſtatum ſuum. ſ. ſi eſt
rex, vel dux, vel comes, vel iudex, quod iuſte iudicet, ⁊ ſubditos
ſuos indebite non grauet, ⁊ ꝙ puniat delinquentes. Si eſt cle-
ricus, vel religioſus: ꝙ ſeruet quę promiſit. Si eſt vxoratus, ꝙ
debitũ reddat vxori tꝑibus ꝯgruis, non prohibitis, ꝙ honeſte
matrimonij actũ exerceat, ⁊ cũ dei timore, ⁊ honore ſacri matri
monij: ⁊ ſic de alijs: prout videri poterit in prędictis confeſſio-
nalibus. Item ꝙ caueant ab occaſione peccandi, qui ſunt fra-
giles, ſcilicet vt deuitent loca periculoſa, ⁊ perſonas ſuſpectas.

¶ Confeſſione peracta: ſi fuerit excõicatus: ſi poteſt, prius eũ
abſoluat ab ea: vel ſi non poteſt, remittat eum ad ſuperiorẽ cũ
cedula huius tenoris Reuerendiſſime dñe mitto ad dñationem
veſtram Reuerendiſſimam pręſentium latorẽ mihi confeſſum:
quatenus. d. v. Reuerendiſſima eum abſoluat a vinculo excõi-
cationis, quam incurrit ꝑꝑ talem rem N. rogans eandem, vt
eum ad me remittat: vt eum abſoluere poſſim a peccatis. Et ſi
fuerit caſus reſeruatus ſine cenſura, ita ſcribat Reuerendiſſi-
ma. d. v. ipſum abſoluat a tali caſu: ⁊ ſi fuerit plures caſus, ſimi-
liter ſcribat a tali N. ⁊ a tali N.

¶ Abſoluto igitur a ſacerdote, ſi poteſt: vel ab epõ, a vinculo
excõicationis, ſacerdos iniungat pęnitentiã, ſꝫm ꝙ conditio-
ni ipſius perſonę viderit expedire, ⁊ ſꝫm qualitatem peccatorũ,
vcꝫ in ieiunijs, orationibus, ⁊ eleemoſynis. In iniungenda au-
tem pęnitentia caueat ſacerdos ne eum ſcandalizet, imponen-
do pęnitentiam pecuniariam, vel ſibi dãdam, vel locis minus
indigentibus, ſed potius imponat pauperibus diſpenſandam:
⁊ poſtea eum abſoluat: ⁊ caueat ne aliquem excommunicatum
prius a peccatis, quam ab excommunicatione abſoluat: quia nil
faceret. ¶ Et quia in pręambulis huius operis dictum fuit ex
ſententia beati Auguſtini, qui canones pęnitentiales neſcit, nõ
eſt dignus nomine ſacerdotis: Ideo hic breuiter ſubiciẽntur,
ad eorum ſacerdotum informationem.

¶ Ca-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

## ¶ Canones penitentiales antiqui.

¶ Dominus Gulielmus Durantis in ſuo repertorio, rubrica de penitentijs a canonibus conſtitutis, ita dicit. Cap. 19.



SCiendum eſt, ꝙ menſuram tpis in agendã pnia ſatis p̄figũt canones pro vnoquoqꝫ crimine: ſed magis in arbitrio ſacerdotis ſtatuunt relinquẽduꝫ: dum pro quibuſdam culpis modi pnię ſunt impoſiti: quos inferius ſupponemus. ⁊ hęc leguntur. De peni. diſ. 1. c. Menſuram. ⁊ facit. 25. q. 7. cap. Tempora. Ubi ergo certa penitentia ſtatuta eſt a canone illa eſt indicenda: alioqui falſa dicitur penitentia, quę nõ datur ſm canones: ſi eſt a canonibus diſtincta. De peni. diſt. 5. c. falſas. ꝙ ſi diſtincta non ſit arbitrio relinquitur imponentis: vt in prędictis cap. ⁊ extra de pen. ⁊ remiſ. c. quęſitum. ⁊ cap. ſequenti. de offi. deleg. ca. In cauſis. de Accuſa. cap. Super his. Et hoc eſt quod in canone dicitur: De pondere delictoruꝫ exiſtimando, ſacerdotum eſt exiſtimare, vt attendat ad confeſſioneꝫ penitentis, ⁊ ad fletus, ⁊ lacrymas corrigẽtis. De penitentibus ſic tantum moderetur; ne eccleſię vileſcat authoritas, ⁊ ſe grauet. 50. diſt. c. Abſit. ⁊ cap. ſeq. de peni. diſt. 1. cap. Quem penitet. Sed ⁊ ipſos canones penitentiales, quicquid alij ſolenniꝫent, poſſunt ſacerdotes ⁊ pręlati moderari abbreuiando, vel protelando tempus penitentię, prout delicti monet qualitas, ⁊ circunſtantię requirunt: vt in prędicto ca. menſuram. ⁊ 50. diſt. de his clericis qui. ⁊ cap. Hi qui alias. ⁊ expreſſe. extra eodem. Deus. vbi pro homicidio, adulterio, ⁊ fornicatione mandatur ad arbitrium ſacerdotis imponi: cum tñ ſit a canonibus diffinita, vt inferius apparebit. Nec obſt. prędicto c. falſas. quia intelligitur illud, niſi ex cauſa moderetur. 29. diſ. ca. 1. Et ſic illud ſm prędicta iura determinatur. ff. de legiti. ſed ⁊ poſteriores. Breuiter ergo cõmemoremus canones certas pnias iniungentes. Qui aũt vult ſcire modum pnię imponẽdę ꝓ homicidio ⁊ alijs criminibus videat extra de homi. ſicut dignum. ⁊ c. 2. ⁊ 3. de peni. diſt.

ni.diſt.5.c.1. ¶ Debet ergo penitere ſacerdos cõmittens forni
cationem decem annis.82.diſt.c. Preſbyter. Ibi etiã hĩ quali-
ter hoc tpe penitebit. ¶ Accipiẽs ſponſam alienam de pñti ſe-
ptem annis, ⁊ 40. diebus in pane ⁊ aquã, extra de ſponſa duo-
rum.c.2. ¶ Deuota, ſeu monialis, que fornicatur, ſeu matrimo
nium ꝯtrahit: ⁊ cognoſcens eam, vel ꝯtrahens cum ea, decem
annis peniteat. 27.q.1. Deuotam. ⁊ ca.ſeq. ¶ Cantans miſſam
⁊ non cõicans, vno anno peniteat, nec interim celebret. De cõ-
ſe.diſt. 2. relatum. ¶ Sacerdos mortuum pallijs altaris inuo-
luens, 10. annis, ⁊ 5. menſibus: diaconus tribus annis cũ dimi-
dio. De ꝯſe.di.1. Nemo. ¶ Preſbyter incaute verberans, quo
punitur. 15.q.1.c. ſiquis non ira. 23.q.4.ca. que peccat. ¶ Falſa-
rius, quandiu viuit in pane ⁊ aqua peniteat. De verb.ſignifi.no
uiſſimus. ¶ Scienter ꝯtrahens, vel coiens cum duabus ſororu
bus, vel commatribus, vel ſorore, commatre ⁊ filia: vel vna cũ
pře, ⁊ filio, vel duobus fratribus, ⁊ ſic de alijs, octo annis peni
teat. 30.q.4. Si př. ⁊ c.fi. 32.q.7.c. ſiquis viduam. ⁊ c.ſeq. ¶ Igno-
ranter cognoſcẽs duas ſorores, vel matrẽ ⁊ filiã: vel amitam ⁊
neptẽ: quarũ vna ignorat de altera, vterq; 7. annis peniteat: ſi
vero ſcienter, perpetuo careat ꝯiugio. 33.q.fi. 35.q.3.ca. Si quis
cum matre. ⁊ ca.ſeq. ¶ Quõ ſit iniungenda penitentia mulieri
partum ſupponenti, vel de alio viro concipienti extra de pen. ⁊
remi.c. Officij. ¶ Sacrilegus chriſma vel calicem ſacrum pol-
luens, 7. annis peniteat. In duobus non intrabit eccleſiam, ⁊
vſque ad quartum nõ offeret: ⁊ ſingulis ſeptimanis tribus die-
bus a carnibus ⁊ vino ieiunabit, ⁊ alia quedam. 12.q.2. De vi-
ro. ¶ Celans ſe cognouiſſe mulierẽ, que contrahit cum fratre
eius, ſeptem annis peniteat. 35.q.3. Si homo fornicatus. ¶ So
lenniter penitens, poſtea ad vomitum rediens, 10. annis peni
teat. De peni.di.5. ſiqui vero. ¶ Frangentes ſponſalia filiorum:
⁊ filij ſi ꝯſenſerint, ſi poſt diſſenſerint, 3. annis communione pri
uãtur. 31.q.3.c. vnico. ¶ Contrahens cũ ea, quã polluit p̃ adul-
terium, 5. annis peniteat. 31.q.1.c. ſiqua. ¶ Cognoſcens vxorem
adulteratam penitentẽ, ante pniam peractam, duobus annis
peniteat, 32.q.1.c. Siquis. 1. ¶ Cognoſcens vxorẽ adulteratã,
antequam peniteat, tribus annis peniteat. 32.q.1.cap. Siquis.
¶ Sacerdos qui intereſt clãdeſtinis deſpõſationibus, triennio
ſuſpen-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſuſpendit. de clā. deſp. c. vult. ¶ Latro ſi vult confiteri, vel confitetur, in cemeterio ſepelitur, ⁊ oratur ꝓ eo: ⁊ dat ei corpus xp̄i. 13. q. ſi. c. ſi. ¶ Qui indicendo horas canonicas ⁊ alia officia, diſcrepat a ſua Metropolitana eccl̄ia ex contemptu. c. de his. 12. diſt. per ſex mēſes cōione priuatur. ¶ Interfector dn̄i, vel vxoris, nunq̄ꝫ equitet: nec vehiculo vehatur: nec ꝯtrahat matrimoniū: vſqꝫ ad 10. annos carnes non comedat, ⁊ vinū nō bibat, ⁊ alia q̄ hn̄r. 33. q. 2. admonere. ⁊ c. quicunqꝫ. De diuo. c. 1. ¶ Matris interfector armis depoſitis. 10. annis peniteat. 32. q. 2. ca. Latorē. Et cū dr̄, q̄ maior pn̄ia imponitur interfectori vxoris, quā matris, dr̄ q̄r maius pctm̄ eſt. 24. q. 1. Non offeramus. ¶ Violās votū ſimplex, 3. annis peniteat. 27. diſt. c. Si vir. ¶ Dicens blaſphemiā i Deū, ⁊ beatā Virginē, ⁊ ſcōs, ſeptē annis peniteat ſꝫ formā, q̄ eſt extra. de maledicis. ca. ſi. ¶ Eps inuitū ordinans in clericū ſine iuſta cā, per annum ſuſpenditur. 64. diſt. c. 1. ¶ Pro quolibet mortali pctō debet penitere ſeptē annis. 33. q. 2. c. hoc ipſum. §. Hoc q̄ꝫ. niſi plus ⁊ minus a canone imponatur, vt in preſcripto §. ¶ Domū vel aream incedens. 3. annis peniteat. de iniu. ⁊ dam. da. c. ſiquis ꝯtra. ver. incēdiarius. ¶ Comburens eccl̄am, 15. annis peniteat: ⁊ cā reſtituat, ⁊ pretiū det pauperib. 17. q. 4. ⁊ palea eſt. ¶ Celebrans excōicatus, tribus annis peniteat. 2. 4. ⁊ 6. ferijs a vino ⁊ carnibus abſtineat. 11. q. 3. De illis. ¶ Degradatus celebrans, priuatur cōione corporis ⁊ ſanguinis Chr̄i vſqꝫ ad vltimū diē: ⁊ in excōicatione maneat, ⁊ viaticum tn̄ in fine ſumat. 50. diſt. ca. Accedens. ¶ Eps diſſimulans corrigere venditionē miniſteriorū, duobus mēſibus: ſacerdos hoc agens, quatuor: diaconus, tribus: ſubdiaconus, ⁊ alij inferiores, iudicis arbitrio. 1. q. 1. ca. quicquid inuiſibilis. ¶ Iniuſte excommunicans, vno menſe ſuſpenſus eſt. de ſen. exc. ca. Sacro. ¶ Sacerdos accedens ad ſibi confeſſā: vel quam fecit confirmari, 12. annis peniteat: ⁊ poſt retrudatur in monaſterium. epiſcopus annis 15. mulier vero tradatur monaſterio. 30. q. 1. Siquis ſacerdos. ⁊ c. Non debet. ¶ Scienter rebaptizatus, ſi pro hereſi hoc facit, 7. annis peniteat. 4. ⁊ 6. ferijs. ⁊ 3. quadrageſimas in pane ⁊ aqua. Si vero propter infirmitatem, tribus annis peniteat. Si vero ignoranter, nō peccat: ſed ideo non promouetur, licet ſit excellens. de Conſecrat. diſtin. 4. Qui bis. extra

de

de apoſta.c.2.⁊ talis fit monachus, ⁊ de foro eccleſię. De con-
ſe.diſt.5.c.Dictũ. ¶ Si ep̃s, preſbyter, vel diaconus volens eſt
rebaptizatus, pęniteat quãdiu viuit: alij vero clerici, monachi
⁊ moniales ab hereticis volentes rebaptizati, 12.annis pęni-
teant: ⁊ tribus erunt inter cathecumenos: ſeptẽ inter pęniten-
tes: ⁊ annis duobus eorum oblationes non recipiuntur: pueri
vero poſt reconciliationem cõioni reſtituentur. De conſec.diſt.
4.c.eos quoqz. ¶ Dicens coactus falſum teſtimonium, nec ſe-
quitur mors, duobus annis pęniteat: ſi ſponte, 5.annis. In con
cil. Iliberitano: quod eſt in antiqua decretali. De Fal.cap.1.§.1.
¶ Proprium filium opprimens, tribus annis, ⁊ vno in pane ⁊
aqua pęniteat: ſi ſit baptizatus. De ijs qui fi.occi.c.fin. ¶ Pro
hoĩe adultero, vel fornicatore, 9.annis: ſed nunc non ita aſpere.
21.q.1.prędicandum. ⁊ 33.q.2. Hoc ipſum. ⁊ c.ſeq. ¶ Iniuſte
alium accuſans ad mortem, 40.diebus in pane ⁊ aqua ieiuna-
bit continue, ſiue interpollate: ⁊ per ſeptẽ annos pęnitebit: nõ
tñ in pane ⁊ aqua, ſed ad arbitrium ſacerdotis. Si vero per ta-
lem accuſationem quis accuſatus membrum perdiderit, accu-
ſans tribus quadrageſimis ieiunabit: prima ante natale Dñi,
ſecunda ante Paſcha, tertia ante feſtum S.Ioannis: quas qua
drageſimas S.Petrus inſtituit. ⁊ hęc probatur 22.q.5.c.1.⁊
6.q.1.Quicunqz. ¶ Sortilegus, quadraginta dies. De ſortil.
cap.1.⁊ in antiqua decretali.eo.tit.ca.Reliquiſti. ¶ Reſpiciens
furta in aſtrolabio, duobus annis pęniteat. De ſortileg.cap.2.
¶ Parochus res eccleſię dilapidans, vno anno excommuni-
catur. 16.q.7.Finis. ¶ Luſtrans domum cum magicis vel in-
cantationibus, vel aliud faciens, ⁊ qui ei conſentit, ⁊ conſulit, 5.
annis pęniteat. 26.q.5.c.qui diuinationes. ⁊ c.niſi liceret.1.q.1.c.
1. ¶ Iurans non redire ad pacem, vno anno pęniteat. 22.q.4.
c.Qui ſacramento. ¶ Incendiarius vno anno erit vltra ma-
re, vel in Hiſpania: ⁊ qui hanc pñiam relaxat, vno anno ſuſpen
ditur. 23.q.fin.ca.Peſſimam. Hodie a ſolo Papa abſoluuntur.
De ſenten.excommunica.cap.Tua. ¶ Filiam vel ſororem ſpi-
ritualem cognoſcens matrimonialiter, ⁊ ei conſentiẽs, ſeptem
annis pęniteat. 30.q.3.nõ oportet. ¶ Si gutta ſanguinis Chri
ſti cadit in terram, ſacerdos quinquaginta diebus pęniteat: ſi
ſuper altare, ⁊ tranſit ad vnum pannũ, duobus diebus: ſi vſqz



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

